UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Calumniatoribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

Vt criminalis quæſtio intra certum tempus terminetur. Rub. XLIIII.

LEX II.

a 1 **Nouerint.** [a] Nota ex l. iſta primo, quod finito †tempore inſtantie, adhuc ſupereſt iudicis officium ad condemnandum partem in expenſis. Uide tex. ibi quo ꝛc. vidiſtis in l. properandum.
2 §. illo. ſ. de iud. ꝛ j. l. proxi. †Secundo no. quod quando pena que a iure imponitur, non cadit in certam perſonam, poteſt alterari, ꝛ imponi alia. Tex. eſt expreſſus in l. hos accuſare. §. omnibus. in fi. ff. de accu. Tertio no. quod quando iudici videbitur, ipſe poteſt partes vrgere, vt cauſas in iudicis notionem deducant, ꝛ ſic po-
3 teſt †dare partibus inuitis dilationem de hoc tetigi ſ. de dila. l. j. Glo. inducit hanc l. ad queſtionem an infamis poſſit iterum infamari, vel excommunicatus iterum excommunicari. De hoc vide in vlt. gl. extra de iud. non recordor in quo c. eſt in c. ita quorundã.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Nouerint. Et qualis ſit ꝛ quanta inſtantia criminalis, vide Archi. in c. felicis. de pe. in vj. ꝛ gl. iij. q. iij. de iud. Et quid de iudice inquirẽte, vide Bal. in l. properandũ. in prin. ſ. de iud. ꝛ Cy. hic, ꝛ quod no. Bar. in l. q̃rela. ſ. de fal. in ver. iij. no. vide Bar. in l. de pupillo. §. ſi pluribus. de ope. no. nuncia.

Ad ſenatuſconſult. Turpil. Rub. XLV.

LEX III.

a **Quamuis.** [a] Remiſſio criminis non infringitur fide non ſeruata. h. d. hec no. l. De hoc dixi in l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pac.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Quãuis. Uide quod qui eſt ſolitus facere falſas accuſationes, vltra penam de qua hic, punitur abſciſſiõe lingue. Bal. in l. data opera. ſ. qui accuſ.

LEX :

Si femina. No. hic glo. * quis dicatur proſequi ſuam, vel ſuorum iniuriam. ꝛ eſt glo. j. huius. l. quam tene menti perpetuo. De hoc habes text. ff. de accuſation. l. j.

ADDITIO.

* ALEX. ¶ Not. glo. Iſtam glo. alleg. Bar. in l. ij. ff. de accu. ꝛ ibi dixi vide plene per Abb. in c. de cetero. de teſtib. vide glo. in l. ij. j. quib. cauſ. colo. lib. xj. vbi appellatione ſuorum veniunt amici.

De calumniatoribus. Rub. XLVI.

LEX I.

Calumnia. Hec eſt not. l. domini, iſtud eſt veruz, quando tractatur de punienda calũnia, per officiuz iudicis. Secus ſi tractetur de ea punienda, per viam accuſationis principaliter propoſite. Ita tenet glo.

De pœnis. Rub. XLVII.

LEX X.

a **Seruus.** [a] Hec eſt bona l. facit ad queſtionez Damnata eſt ciuitas, quod muri eius deſtruantur. Certe non ſufficit, niſi perpetuo ſtent deſtructi, per l. iſtam. Ita dicunt docto. dixi plene vobis. ff. eo. l. ſine prefinito. Circa quod vide quod no. extra de conſti. c. ex literis.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Seruus. Adde tex. ꝛ ibi Bar. in l. ſine preſini. ff. e. Ratio huius l. eſt per l. in tantum. §. vni. ff. de rer. diui. que eſt no. vide Bar. in l. ſi qui adulteri. ſ. de adult. adde que voluit Ang.

LEX XXI.

Nemo. Hec eſt ſing. l. ꝛ ponit vnum caſum, in quo contra abſentes peruenitur ad condemnationem in crimine capitali.

LEX XXII.

Sancimus. No. iſtam l. que facit ad ſtatuta ciuitatis Florentie, que dicunt quod cõſortes de domo teneãtur pro crimine commiſſo ab vno de domo.

LEX XXIII.

Omnes. Tempus quo quis ſtat in carcere, in exilio computatur. h. d. ſecundum vnam lec. Uel aliter. Qui tempus compleuit in exilio, poſtea carcerari non debet. h. d. iſta l.

De bonis proſcrip. vel damna. Rub. XLIX.

LEX I.

a **Seruorum.** [a] Argumentum quod ſi procurator alicuius damnatur ad mortez, debet differri executio, donec domino reddat rationem. Facit ff. de leg. j. l. ſeruo. leg. §. pen. ibi no. per Dy.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Seruorũ. Adde Bar. in l. fi. de pub. iud. ꝛ in l. ſi ſeru[illegible].

LEX III.

Si filius. Hic eſt no. caſus quod peculium caſtrenſe non publicatur. Quid autem de aduentitio an proprietas publicetur, dixi plene in l. ſi finita. §. ſi deuect. de dam. infect.

LEX VII.

Si quis intra. Hec lex docet qualiter res in inuentario debeant deſcribi. h. d. quam legem vide ꝛ tene menti.

LEX IX.

a **Si quis poſthac.** [a] Hec eſt bona lex ꝛ notabilis, ꝛ nota iſtam legem in eo quod dicit corporaliter tradidiſſe docuerit, quod intellige vt dixi in l. aſſiduis. ſ. qui po. in pig. hab. Nota quod mulieribus ꝛ aliis debentibus recipere debet ſolui ſtatim, non ſeruato ordine iudiciario. Dic vt dixi in l. res. ff. de iu. fiſ. Tertio no. quod hec lex habet locum in rebus donatis poſt commiſſum crimen. Gl. tãgit in l. res. ſ. de do. inter vir. ꝛ vxo. Ego pleniſſime dixi in l. poſt contractum. ff. de dona.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si quis. Per hanc legem vide omnino Ang. l. ſi marito. in prin. ff. ſol. mat. ꝛ ibi adde Pau. de Ca. ꝛ vide gl. hic, ꝛ Cy. in prin.

De ſententiam paſsis & reſti. Rub. LI.

LEX I.

a **Cum ſalutatus.** Quando ille, qui eſt damnatus, reſtituitur recuperat bona, [a] ꝛ famam, niſi aliud ſit expreſſum ſpecialiter in reſtitutione: ſed ſi ei eſt cõceſſa indulgentia, ſolum pena remittitur: naz non recuperat bona, niſi aliud ſit expreſſum in indulgentia. h. d. vſque ad fin. niſi quod variantur termini. Materiam harum legum tractabo j. eo. l. fi.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Recuperat bona. Limita. niſi bona eſſent in aliũ trãſlata, q2 non videtur reſtitutio ad illa. Ita dicit Bart. limitando iſtam legẽ in l. Gallus. §. quid ſi tantum. ff. de libe. ꝛ poſth. q intelligit Bar. ibi in prima queſtio. eſſe idem, quod in hac lege ſi ſit reſtitutus per commune. ibi vide poſt Bar. ꝛ ibi dixit Ange. quod nullo modo etiam recuperat fructus perceptos ex bonis, etiã nõ alienatis, vt eſt tex. ſingularis ſecundum Ang. ibi in auth. idem. de Neſtoria. C. de her. ꝛ idem tenuit Bal. in c. domino guerram. in ti. hic finitur lex Corra. vtrum reſtitutio poſſit expreſſe concedi, quo ad bona alienata vide aliquid p Bal. in l. Gallus. §. ꝛ quid ſi tantum de libe. ꝛ poſth. ꝛ Bar. in l. quicunque. C. de fide inſtr. ꝛ iu. ha. fiſ. li. x. per Bal. de pa. Conſt in verſi. pen. cum ſeq.

LEX XIII.

1 ☞ Patre deportato reſtituto, filius quando reincidat in eius poteſtatem.
2 Filio in poteſtate dat tutor propter malos mores patris. ꝛ nu. 3.
4 Reſtitutio tantum reſtituit, inquantum id, aduerſus quod reſtitutio petitur, abſtulit.
5 Teſtamentum filij patre reſtituto, non tamen reuerſo, nõ valet.
6 Teſtamentum filij, qui mortuus eſt antequam reſtituatur pater patre reſtituto, an extinguatur. ꝛ nu. 8.
7 Bannitus reſtitutus an recuperet bona alienata.
9 Teſtamentum, filij capti ab hoſtibus, an extinguatur, ſi filius deceſſit antequam pater reuertatur.
10 Facit que retrotrahitur, non requirit duo extrema habilia, in his que fingit per quandam conſequentiam.

In queſtione Lex noſtra eſt difficilis, primo ponit vnam queſtionem. Secundo ponit aliam, ex cuius determinatione apparet ſolutio prime. Tertio ponit aliam. Quarto ponit aliam queſtionẽ.

Quinto

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN